



**Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

XXX. De regularibus, ac Monarchis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

## DE CLERICIS NON RESIDENTIBUS.

TITVLVS XXIX.

*Si conferatur beneficium non idoneo ad residendum, & provisus privandus est beneficio, & collator conferenda potestate. b.d.*

**D**ebent a autem hi, quibus Ecclesiastica ministraria sunt committenda, tales deligi, qui & residente in Ecclesia, & curam demandati sibi officii per seipios valeant exercere: quod si alterum actum fuerit, & qui receptus fuerit, quod contra factos canones accepit, amitteret: & qui dederit, largiendi potestate privabitur.

*Qui sine causa non resedit, post mentionem privandus erit: & quia sunt iusta causa non residiendi. b.d.*

**S**i tamen ab initio idonei ad residendum reputati, postea Ecclesias, vel prebendas sibi concessas, sine iusta & necessaria causa deferant, si moniti & congruo tempore expectati non redierint, eis privari poterunt. Iusta non residendi causa sunt: veluti, si quis aut Romano Pontifici, aut proprio Episcopo obsequium exhibeat. Item, si iura, & negotia Ecclesie sua fideliter prosequatur, aut si, ut studiorum causa absesse possit b., est alius specialiter induxit, & si qua sunt aliae similes.

*Ad memoriam juvandanam inducit repetitionem. b.d.*

**H**ec de prabendis, & dignitatibus, atque illarum proportionibus dixisse nos sufficiat. Verum, quia in hoc tractatu diffusè immorari sumus, ut sequentia praecedentibus melius contexamus, quædam in memoriam reducemos. Personatum ergo quidam laici sunt, quidam clerici. Rursus clericorum quidam sunt in sacerdotio constituti, quidam in facris, licet non in sacerdotio, quidam nec in facris nec in sacerdotio. Forum rursum, qui in sacerdotio constituti sunt, quidam sunt in celso gradu, ut Episcopi, quidam in inferiore, ut Presbyteri. In facris vero dicuntur constituti Diaconi & Subdiaconi. Qui verò nec in sacerdotio, nec in facris reperiuntur, ii sunt, qui sunt in minoribus ordinibus constituti. Ceterum, quoniam adhuc quidam in Ecclesia sunt, qui non minus in laicatu, quam in clericatu constituti Domino defervunt, ut sunt regulares ac monachi, restat, ut & de his pauca subhiciamus.

## DE REGULARIBVS, AC MONACHIS.

TITVLVS XXX.

*Regulariter vales argumentum à regulari ad monachum, & contraria. b.d.*

**Q**uoniam verò, sive de regularibus agendum sit, sive de monachis, eadem ferè iura servantur, ne verbosa fiat evagatio, dirigamus sermonem in personas monachorum, idem etiam intellecturi de regularibus ceteris. Nam si quid in iis propriè serveret, se paratim ostenderemus.

*Ex triplici capite quia si monachus. & impubes à patre traditus monasterio post annum pubertatis potest redire ad seculum, & velit. b.d.*

**M**onachi sunt, aut ex paterna dévotione, aut ex propria professione, aut ex voti emissione. Ex paterna dévotione a monachus quis efficitur, cum patet filios impuberes monasterio offert. Quo casu, si impuberes sacram tonsuram vel velamina suboperint, quintodecimo aetatis anno moneri debent & inquirent, utrum in ipso habitu permanere cupiant: si permanuros se professi fuerint, vel professionem à se prius factam ratam habuerint, ulterius pœnitendi locum non habebunt: si vero ad secularem habitum reverti maluerint, redeundi licentia concedenda erit, quia sati inutiliter est, ut coacta servitia domino præstentur. Qua etiam

a C. quia nonnulli. b. cum igitur. ext. eod. b. C. relatum. eo si. c. C. monachum. 20. q. 1. d. C. illud autem. 20. q. 1.

ratione constitutum est, ne quis intus ordinari debeat.

*Si impubes præter parentum voluntatem monasterium fuerit ingressus, possunt parentes intra annum reclamare: feci si si p. b. b. d.*

**Q**uod si a impubes præter parentum voluntatem tantum accepit monachalem, parentes id factum intertere valent: sed si intra annum ad proprium Episcopum, vel alium competentem judicem non reclamaverint, recovare amplius non poterunt. Si vero in grandiori aetate adolescentes servire Deo elegent, non est potest parentibus prohibendi.

*Professio est duplex, tacita & expressa, & potest fieri tam te annum. b.d.*

**P**ropria professione monachus efficitur quis, antea presce, aut tacite. Expressè, ut si quis post annua probationis habitum sufficiens monachalem, cœulis monasterii obfringi se velle proficit. Si tamen ante tempus probationis regulariter præfinitum b., is qui converti desiderat, habitum recipit, & professionem emittit, Abbatem per se vel per alium professionem recipiente, regulari observantia obligatur, & vere monachus est confundit.

*Ex causa post annum potest professio differri, ut si ingressus monasterium sit inognitus. Et servus triennio in monasterio moratur, per monachationem sit liber. b.d.*

**Q**uemadmodum autem dicerus Abbas ex cuius anno probationis tempus professionem recipere potest, ex causa interdum proficit. Vnde si quis in cognitis monasteriis ingredi voluerit, ante triennium monachalis habitus concedendus non erit: ne, si forte post annum statim præstetur, postea servus, aut alia inhabilitas ad monasterium deprehendatur. Quod si servus per triennium in monasterio commoratus potest monachus efficiens fuit, ex hoc liber etiam efficietur.

*Ordinatus ignorantie domino si sit monachus, sit liber, statu minus potest intra annum recipere servum. b.d.*

**Q**uoniam d. si prius ignorantie domino si sit ministerio ordinatus, monachus fieri elegit, iugum servitutis evadet: alia intram unius anni spaciū dominū & servilem fortunam probare, & servum suum recipere licet.

**T**radicatores, Minores, & Mendicantes, non possunt profici eas lapsum anni, & recipientes professionem ponuntur. b.d.

**Q**uod tamen de facultate recipiendi ante annos professionis dicitur, non est perpetuum. Predicatores enim & moniales, aliquæ mendicantes ordinis ante annum probationis clapsum, quoniam ad sui ordinis professionem, vel seculii renunciacionem faciendam, recipere non possunt. Quod si fons contra fecerit, & is qui sic receptus fuerit, eorumdem ordinis minime alligabitur, & receptiores à receptione ad professionem quoniam libet suspeniri, tam excommunicatione, quam alii penitentia huiusmodi de regularibus proculpis infligi solent, gravioribus subjiciendi erunt.

*Delatio habitus tacitam offendit professionem, & non quod debet, se conformare cum habitu quem gerit. b.d.*

**T**acitè proficitur quis, cum idoneis conjecturis appararet, s. quod perpetuo vult Domino in religione servire, & vitam ducere monachalem: utpote, habitus post annum retinendo, ubi is novitius & professus communis & indistinctus est, vel professorum habitum sufficiendo, ubi est distinctus habetur. Vnde & Tolerano Concilio inducti est, ut clerici, qui se fingunt habitu & nomine monachis, & non sunt, corriganter, & veri monachis fiant.

*Ponit differentiam inter expressam & tacitam professionem, b.d.*

**V**trum autem quis expressè profesus fuerit, ad iste citè, interdum multum interest. Expressa enim pro-

a C. 2. ext. do regul. b. C. ad Apostolicam. ext. eod. c. C. servus. difft. 14. d. C. si servus ubi gl. difft. 14. e. C. Confite- nom. eo. lit. in 6. f. C. statutum. ext. eod. iii. f. C. statutum. ext. eod. iii.

cello,

fessio, etiam seculari habitu non mutato, illi religioni  
præcise obligat, quan quis professus fuerit. Tacitè à ve-  
ro facta infra probationis annum, per habitus, qui profi-  
tentibus tantum datur, susceptionem, non illi specialiter,  
cuja est susceptus habitus, sed generaliter religioni reci-  
pientem obligat, dum tamen legitime sit etatis, ac sciens  
& prudens triduo in eius habitus delatione perseveret.

*Beneficium non vacat per religiu[m] ingressum ante professionem,*  
*ni si de confessu ingredi. b. d.*

**E**T si contigerit, ut quis religionem ingreditur, bene-  
ficium retinere, intra probationis annum non erit  
aliqui conferendum: sed interim per alia assignata sibi  
congrua de provenientibus portione, beneficio inservien-  
dum erit. Sitamen ingressi ad id accedit assensus, aut  
quod vitam mutare voluerit, liquidò appareat, aut legi-  
timam professionem emiserit, beneficium alteri libere  
conferri poterit.

*Qui vitam regularem votus, monasterium ingredi debet, non  
obstante quod fuerit prælatorum confessus. b. d.*

**S**equitur, qui votum de ingressu religionis compos men-  
tis emitit, ut Monachus sit, cogendum erit. Vix adeo  
enim Deo voti ligat emissio, ut etiam si quis post votum  
prælatorum fuerit consecutus, Domino tamen promissa  
reddere sit compellendus.

*Per votum solenne derogatur simplici. b. d.*  
**I**llud quare potest, si quis post votum & de certa reli-  
gione intranda emisum, aliam religionem etiam laxior-  
em ingrediatur, & in eadem profiteatur, ibidem pos-  
sit, voto non obstante priore, licite remanere? in qua spe-  
cie, cum per secundum solenne votum priori simplici de-  
rogari potuerit, responsum est, posse Monachum in ea reli-  
gione, in qua profiliat, remanere: eidem tamen  
pro voto non completo, posse tantum imponendam. Est  
autem in proposito votum simplex, quod non est aliqua  
professione manutinet. Solenne vero est, quod quis per  
professionem facit vel exprefsum comprobavit.

*Siem falso Monachus, cogit remanere in monasterio. b. d.*  
**S**icut igitur, qui legitima in astate constitutus, habitum se-  
mel induit sponte, religiosum propositum ultrò suscep-  
tum defere non poterit, sed proprio Abbatii obediens,  
in casitate in proprio deget monasterio.

*Monachus non potest aliquid proprium habere, nec contra hoc  
potest Papa diffensare. b. d.*

**S**ed a nec aliquid proprium possidere debet: & si quid  
habet, totum in continentis resignabit. Nam abdicatio  
proprietas adeo est annexa regula monachali, ut con-  
tra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere.  
Et si proprietas apud quemquam inventa fuerit in morte,  
is est Christiana sepultura priyandus, & sepultus exhu-  
mandus: prout enim beatus Gregorius se fecisse narrat.

*Totum Monachus transire solita in arietem religionem: & si  
dulciter, an sit arctior, in quam Monachus vult migrare, statu-  
patur Abbat. b. d.*

**S**ed nec temere Monachus de monasterio & in mona-  
sterium migrare permittendus est, nisi monasterium,  
ad quod transtum facere cupit, districius existat. Quo f-  
caso, nullo obstante privilegio, prælatus Monacho sine  
difficultate debet transiendi licentiam indulgere, ne vide-  
atur propositum impeditum divinitus in spiritu. Quod si  
forte probabiliter dubitetur, utrum quis velit ad ordinem  
arciorem transire, an ad laxiorem, ex chaititate, ac ex te-

*a. D. c. non solum. s. facile. b. C. beneficium. eo. titul. in 6.  
c. C. penit. eo. titl. in 6. d. C. cum ad monasterium. extr. de sta-  
tu Monach. e. C. Isomnes. extr. eo. titl. f. C. licet quibusdam  
extr. eo. titl.*

meritate, superioris est judicium requirendum, ne forte  
angelus Sathanus in lucis Angelum se transformet.

*Mendicantes solum in ordinem Carthusianum migrare possunt.  
hoc dicit.*

**M**endicantibus a. vero approbatis, qui praetextu ar-  
ctioris ducenta vita ad monasterium confugiant,  
etiam authoritate Apostolica fuerint muniti, Clemens  
Quintus, acro approbatum Concilio, interdixit ne vocem  
aut locum in capitulo talis monasterii haberent, neve ad  
prioratus administrationes, aut quacunque officia assumi  
possent. Sed novissime b. Martinus Quartus omnino ve-  
tit, Mendicantes ad aliquem monasticum ordinem, ex-  
cepto ordine Carthusianum, sine speciali sedis Aposto-  
lice concessione transire, tam recipientibus quam rece-  
ptis, ipso facto excommunicationis pœnam incursum.

*Abbates debent perquirere fugitivos, & Monachi non possunt  
præesse Ecclesiæ parochialibus: licet feci sit in regularibus. b. d.*

**F**ugitivos vero debent Abbates solicite perquirere,  
& ut ad monasterium & frugem melioris vita rever-  
tantur, opportunis remedii providere, nec ordinarios  
qui eorum suplicant negligiam, expectare. Singuli  
quoque Monachi per villas & oppida non debent di-  
scurrere, nec per quacunque parochiales Ecclesiæ dispo-  
ni: quod in regularibus, cum regula inserviant laxiori,  
specialiter cautum non invenitur. Ideoque & illi cum  
minoris difficultate parochialibus Ecclesiæ præesse per-  
mititur.

*Quomodo & qualis sit eligendus in Abbatem. b. d.*

**V**er autem inviolabilitate monastica disciplina custodi-  
atur, de congregatione Mona. horum Abbas eligendus est f., quem ordo vita & meritum magis poposcerit  
ordinari, ut unitantur præstis monasterio, qui cautus sit  
in regimine, humilis, & discretus, & cui Monachi cum o-  
mni obedientia & devotione subiacant.

*Non professus non potest eligi in Abbatem, sed bene in Episco-  
pum. b. d.*

**E**t præterea cum in magistrum & assumi non debeat,  
qui formam discipuli non assumpit, nec sit præficien-  
dus, qui subesse non novit: Religiosus, qui regularem or-  
dinem ante non fuerit expressè professus h. in Abbatem,  
vel ad alieni regularium prælatorum eligi non poterit:  
quanguam ad Episcopalem dignitatem, talis in secularib.  
vel regularibus Ecclesiæ eligi minime prohibetur.

*Visitatores creandi, & quid agere debent. b. d.*

**V**isitatores quoq; in capitulo creandi sive secundum  
formam generalis Concilii, qui visitationis officium  
exequantur, & omnia, qua Vienensi Concilio i consi-  
tuta sunt, fideliter observari faciant, & de statu mona-  
steriorum, & observantis regularibus diligenter inquirant:  
& tam in spiritualibus, quam in temporalibus corrigant  
& reformat, que viderint corrigitenda, & omnia secundum  
Honorablem constitutionem prosequantur.

*Nisi debet qui invenire, vel fundare novam religionem. b. d.*

**N**ovissime & scindendum est, generali Conc. semel atq;  
iterum cautum esse, ne quis in posterum novam reli-  
gionem inveniat: sed quod quicunque ad religionem con-  
verti voluerit, unum de probatis assumat. Similiter etiam de  
iis qui religiosam domum de novo fundare voluerint, cau-  
tum est, ut regulam & institutionem de probatis assumant.

*a. Cl. eo. tit. de reg. b. extr. i. communi. derig. c. C. fi.  
extr. eod. tit. d. C. extra. de stat. Monach. e. C. quad. Dei.  
de statu Monach. extr. f. C. Abbatem. cum duobus seq. i. q. 2.  
g. Ca. cum in magistrum. extr. de elect. h. Can. nullus religio-  
sus. de electio. in 6. i. Clem. i. eo. tit. de stat. Monach. k. C. fin.  
extr. de religio. dor.*

FINIS LIBRI PRIMI.